



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

## **Universitätsbibliothek Paderborn**

**De Ecclesiasticorum Vita, Moribus, Officiis Libri Tres**

**Schevichavius, Gisbertus**

**Mogvntiae, Anno M.DC.XXI.**

Cap. LXXVIII. Primi Christiani Sacros identidem hymnos Dei cecinerunt.

**urn:nbn:de:hbz:466:1-42349**

additamento ad *S. Iuliani Martyris* vitam addit. quod  
 preces nomine *Martianus* fuerit. 2. quod in loco in  
 quo *Dei* laudibus vacabant, exusti sint. 3. quod defi-  
 nitus ab *Ecclesia* temporibus psalmodia diu audita fu-  
 erit. 4. quod qui his temporibus eo accessisset, qua-  
 cumque etiam infirmitate detineretur, sanus & inco-  
 lumis inde recesserit.

§. Sed & quod in corpore glorioso sanctiore & *Vocalis* in  
 lingua laudaturi sint Deum ambigi non potest, *Psalm. celo San-*  
*149. v. 5. Exultabunt Sancti in gloria letabuntur in cubilibus etorū lau-*  
*sius exaltationes Dei in faucibus eorum. Isa. 51. v. 3. Gaudium datio.*  
*& leticia inuenietur in ea (caelesti Ierusalem) gratiarum a-*  
*ditio & vox laudis. S. Irenaus lib. 5. aduers. haeres. c. 8. Aposto-*  
*licam tractans sententiam Rom. 8. v. 15. In quo clamamus*  
*Abba Pater. Si pignus, inquit, habentes clamamus Abba, Pa-*  
*ter, quid fiet quando resurgentes, à facie ad faciem videbimus*  
*eum. Quando omnia membra affluenter exultationis hym-*  
*num protulerint? Ita & S. August. lib. 22. de Ciu. Dei. cap. 30.*  
*Omnia, ait, membra & viscera incorruptibilis corporis, quae*  
*nunc videmus per usus necessitatis varios distributa, quoniam*  
*tunc non erit ipsa necessitas, sed plena, certa, secuta, sempiterna*  
*felicitas, proficient in laudibus Dei. Vide Fr. Suarez. tom. 2.*  
*in 3. part. dif. 47. lect. 6. §. 6. Verum ad mortaliū*  
*Sanctorum cantiones reuertamur.*

## CAP. LXXVIII.

PRIMICHRISTIANI SACROS  
 identidem hymnos Dei cecine-  
 runt.

Christum Deum Dominumque nostrum Apo-  
 stolos & caelestes mentes in sacro frequentan-  
 do cantu imitati sunt primi Christiani, quos eo nomi-  
 ne commendat *Philo Iudaeus* in lib. de vita contemplatiua.

O Non

Non ſolum, ait, ſubrilius intelligunt hymnos veterum: Sed ipſi faciunt nouos in Deum omnibus eos & metris, & ſonis honeſta ſatis, & ſuauis compage modulantes. Et poſtea: Vnus ex omnibus conſurgens in medio inchoat Pſalmum honeſtis modulis. S. Dionyſius Areopagita cap. 3. Eccleſ. hierarch. Deum Pontifex, inquit, ad ſanctum altare iterum rediens ſacros Pſalmos canere incipit, canuntque cum eo omnes Eccleſiaſtici ordines. Plinius lib. 10. epiſtola 67. ad Traianum affirmat ſe nihil aliud de ſacris Chriſtianorum comperiffe quam cætus antelucanos ad hymnos Deo & Chriſto canendum. Quam epiſtolam recensent & laudant Tertullianus cap. 2. Apolog. Eusebius libr. 3. hiſt. cap. 32. Hieronymus in addit. ad Eusebii Chronicon. Nicephorus libr. 3. cap. 17. Tertullianus libr. 2. ad vxorem: Quid maritus ſuis illi, vel marito quid illa cantabit? B. Hippolytus oratione de conſummatione mundi enarrans miſerias, ærumnas, & calamitates futuras

*Pſalmorum* Antichriſti tempore: In diebus illis, ait, Pſalmorum decantatio ceſſabit. S. Gregorius Nazianzen. in oratione 40. in ſanctum Baptiſma ad finem: Statio hac, qua conſeſtim a Baptiſmo ante magnum Sacrarium ſtabis, futura vite gloriæ præſignat. Pſalmorum cantillatio, cum qua accipieris, illius hymnodie præludium eſt S: Baſilius epiſtola 63. ad Clericos Eccleſie Neocaſareanæ: Ad id verò quod propter Pſalmodias accuſamur, quare potiſſimum ſimpliciores perterrefaciunt, qui nos traducunt, hoc habeo quod dicam, quod videlicet, qui iam obtinuerunt ritus, omnibus Eccleſiis Dei concordēs ſunt & conſoni. Criminatoꝝ quali canendi ritum in Eccleſiis immutaſſet, reſpondet, ſe optimum ac Orienti pene toti communem recepiffe.

